

## ECHO

from L.-E. Halkin, F. Bierlaire, R. Hoven,  
*Opera omnia Desiderii Erasmi Roterodami*,  
 vol. I.3, *Colloquia*  
 (Amsterdam 1972) 555–558  
 from OPEN ACCESS => <https://library.oapen.org/>

IVVENIS. Cupio paucis te consulere, si vacat.

ECHO. Vacat.

IVVENIS. Et si venio tibi gratus iuuenis.

ECHO. Venis.

IVVENIS. Sed potesne mihi et de futuris dicere verum, Echo?

ECHO. Ἐγώ.

IVVENIS. Et Graece nosti? Quid istuc noui?

ECHO. Noui.

IVVENIS. Qualia tibi videntur Musarum studia?

ECHO. Δία.

IVVENIS. Censes igitur terendos autores qui conducunt ad bonas literas?

ECHO. Teras.

IVVENIS. Quam igitur mentem habent isti qui haec studia linguis traducunt  
 suis?

ECHO. Suis.

IVVENIS. Sed vtinam harum cultores similiter essent et pietatis studiosi.

ECHO. O si.

IVVENIS. Nunc quorundam improbitas omnes reddit inuisos.

20 ECHO. Ἰσως.

IVVENIS. Et multis hominum peccatum confertur in nomen eruditionis.

1 ECHO K L: IVVENIS, ECHO M-Q

1 Ce dialogue de 1526 a peut-être été inspiré à Érasme par d'amusantes chansons polyphoniques de l'époque; voir J. C. Margolin, *Érasme et la musique*, Paris, 1965, p. 69. L'humaniste y réussit un «tour de force» linguistique: *Echo* répond chaque fois par deux syllabes – en latin ou en grec – qui «font écho» aux dernières syllabes prononcées en latin par *Iuuenis*. Les mots grecs doivent être dits, non selon la prononcia-

tion préconisée par Érasme dans son *Dialogus de recta latini graecique sermonis pronunciatione* (édité en 1528) et connue plus tard sous le nom de «prononciation érasmienne», mais selon la prononciation byzantine ou reuchlinienne, caractérisée notamment par l'iotacisme (ι, η, υ, ει, οι prononcés i); voir ll. 21–22, 72–73, 85–86, 87–88, 89–90.

ECHO. "Οὐοις.

IVVENIS. Atqui vulgo videntur non infimi.

ECHO. Fimi.

25 IVVENIS. Quid facere censes eos qui terunt aetatem in sophistico doctrinae genere?

ECHO. Nere.

IVVENIS. Fortasse telas aranearum.

ECHO. Harum.

30 IVVENIS. Ac Penelopes telas texunt ac retexunt.

ECHO. Texunt.

IVVENIS. Cui suades vt me dem vitae instituto?

ECHO. Tuto.

IVVENIS. Erit auspiciatum, si vxorem duxero?

35 ECHO. Sero.

IVVENIS. Quid si mihi veniat vsu, quod his qui incident in vxores parum pudicas parumque frugiferas?

ECHO. Feras.

IVVENIS. Atqui cum talibus morte durior est vita.

40 ECHO. Vita.

IVVENIS. Siccine in rebus humanis dominari fortunam?

ECHO. Vnam.

IVVENIS. Magis fortasse expedit, vt aliquis prae coniugio monachi institutum eligat.

45 ECHO. Ligat.

IVVENIS. Quid superest remedii, vbi quem astrinxerit iam nodus insolubilis?

ECHO. Bilis.

IVVENIS. Attamen miserum est homines viuere solos.

ECHO. "Ολως.

50 IVVENIS. Cuiusmodi censes horum temporum plerosque monachos?

ECHO. "Αχος.

IVVENIS. Quid igitur istos mouet, qui suspiciunt illos vt semideos?

ECHO. Δέος.

IVVENIS. Quid captant plerique qui ambiunt sacerdotium?

55 ECHO. Otium.

IVVENIS. Praeterea nihil habet sacerdos?

ECHO. Κέρδος.

28 Fortasse *K*: Fortassis *L-Q*

28 *telas aranearum* Voir *Adag.* 367 (*LB* II, 169 C): «Aranearum telas texere. Est in re friuola nulliusque frugis infinitum atque anxium capere laborem».

30 *Penelopes ... retexunt* Voir *Adag.* 342 (*LB* II, 168 B): «Est inanem operam sumere et

rursum destruere quod effeceris»; Cic. *Ac.* 2, 29, 95; Otto No. 1379; *Moria*, *LB* IV, 468 A; *De pueris*, *ASD* I, 2, p. 43, l. 20.

48 *Attamen ... solos* Voir *Gn.* 2, 18: «Non est bonum esse hominem solum.»

IVVENIS. Quid bonae rei contingit illis qui sunt episcopi?

ECHO. Κόποι.

60 IVVENIS. At nulli magis vivunt in ocio.

ECHO. Scio.

IVVENIS. Quae res illos admonere poterit, ut intelligant quantum sustineant onus?

ECHO. 'Ο νοῦς.

65 IVVENIS. Ergo res praeclara est sacerdotium, si quis se in eo gerendo qualem oportet praebeat.

ECHO. Beat.

IVVENIS. Quid fructus erit, si me conferam in aulas eorum, qui praezellunt monarchica dignitate?

70 ECHO. Ate.

IVVENIS. At non paucos video qui solent illinc sibi praeclararam felicitatem ariolari.

ECHO. Λάρποι.

LB 818 75 IVVENIS. At interim, dum incedunt holosericati, vulgo videntur homines magnifici.

ECHO. Fici.

IVVENIS. Foris igitur aureos, intus fculnos homines dicis, si quis inspiciat minus?

ECHO. Minus.

80 IVVENIS. Nihil igitur praeclari sunt, quos pro diis veneramus byssinos.

ECHO. Στύνος.

IVVENIS. Nec militare genus magno aestimabis fortasse.

ECHO. Asse.

85 IVVENIS. Magnum quiddam pollicentur, qui e syderibus et futura praedicunt astrologi.

ECHO. Λόγοι.

IVVENIS. At strenue laborant grammatici.

ECHO. Εὐκῆ.

IVVENIS. Non placent, opinor, legulei homines semper famelici.

## 68 aulas K–N: aulam O–Q

70 Ate La déesse du malheur, du châtiment et de la vengeance; voir *Adag.* 613 (*LB* II, 265 E): «Ira omnium tardissime senescit.»

72 ariolari Voir *Adag.* 2425 (*LB* II, 834 D): «Ariolari prouerbio dicebatur, qui nihil adferret certi nihilque praesentis emolumenti, verum in dicti modo pollicitaretur.» Voir aussi Ιχθυοφαγία, p. 500, l. 180.

73 Λάρποι Voir *Adag.* 1133 (*LB* II, 458 E): «In garrulum ac vecordem dicebatur,

praecipue qui cuiusvis rei cupiditate deceptus capit.» Lucian. *M. Cond.* 3.

77 aureos ... homines Voir *Adag.* 685 (*LB* II, 295 E): «virum fculnum appellant mollem atque inutilem»; Theocr. 10, 45; Aristoph. *Plut.* 946; D, p. 157, n. l. 1022. Quant à l'expression χρύσεοι ἀνδρες, elle se rencontre également chez Theocr. 12, 16.

84–85 Sur ce sujet, voir Kohls, *op. cit.*, t. I, pp. 43–45; *Moria*, *LB* IV, 434 B; *Panegyr. ad Philip.*, *LB* IV, 543 C.

- 90 ECHO. Λύκοι.  
 IVVENIS. Qualis ero, si fiam opifex?  
 ECHO. Fex.  
 IVVENIS. Itane nihil praeterea adferunt artes boni aut mali?  
 ECHO. Ali.
- 95 IVVENIS. Fuerone beatus, si perseueraro in bonis literis?  
 ECHO. Eris.  
 IVVENIS. Sed quae res dabit, vt adsit pietas?  
 ECHO. Aetas.  
 IVVENIS. Decem iam annos aetatem triui in Cicerone.
- 100 ECHO. "Ove.  
 IVVENIS. Vnde tibi subit me asinum dicere?  
 ECHO. E re.  
 IVVENIS. Fortassis hoc dicis, non sic huic incumbendum vt alios relinquam.  
 ECHO. Inquam.
- 105 IVVENIS. Non placet igitur is, qui se per omnem vitam tantum in hoc torqueat,  
 vt fiat Ciceronianus?  
 ECHO. "Avouç.  
 IVVENIS. Quid superest natu grandibus, quorum aetas ad haec discenda non  
 est tempestiuia?
- 110 ECHO. Stiuia.  
 IVVENIS. Facundior esses, opinor, si longius abessem.  
 ECHO. Essem.  
 IVVENIS. Non me delectant sermones dissyllabi.  
 ECHO. Abi.
- 115 IVVENIS. Coepi prior, video non posse vitari quin posterior desinas.  
 ECHO. Sinas.  
 IVVENIS. Iam igitur tibi videor satis instructus ad ea probe gerenda quae sunt  
 in vita?  
 ECHO. Ita.
- 120 IVVENIS. Proinde si me voles abire, dicio.  
 ECHO. Ito.

95 perseueraro *K-N*: perseuerauero *O-Q*

99-107 Sur ce passage, qui annonce le *Ciceronianus*, voir P. Mesnard, *La bataille du Ciceronianus*, dans *Études*, Paris, 1968,

p. 246. Les deux répliques grecques (ll. 100 et 107) sont particulièrement vives.